tanta modestia cibum sumerret ad quicquid interrogata pie respoderet. **D**estinare animo ce-  
pi et quod obsessus non esset sed infirmitatis causa  
sibi aliquid accidisse obieci. **T**unc filius re-  
gesta per se narrans quod aliter quam tempore  
obsessus fuisse indicauit. **N**on sicut inquit  
quedam malefica haec mihi infirmitatem prouulit.  
briganti enim contra eam ratione cuiusdam di-  
splicentie circa regimur curie cum eam durum  
us increpassem quia certissime voluntatis erat  
dicxit. quod post paucos dies habarem intendere  
his que mihi contingunt. **S**ed et demon  
in me habitans hoc idem refert quod maleficium  
sub quadam arbore positum sit a malefica. quod  
nisi amoueatur non potero liberari sed nec ar-  
borem ruit indicare. **A**et ego nec minimam suam  
dictis fidem adhibuisse nisi experientia  
me protinus edocuisse. **N**am interrogatus  
a me de intervallo temporis ut preter consuetum  
modum obsessorum tante sue rationis esset  
capacitatis. **R**espondit. **V**isu rationis tantum  
modo prius quidam duminis aut vacare aut  
sacra loca visitare volueru. **P**recipue autem  
demon et suis verbis per me platis dicit. **Q**uod  
sic maiorem displicentiam hactenus in sermo-  
nibus ad populum sibi fecisset: ita ut nunc nullo  
modo me predicare sineret. gratosus enim  
ex relatibus patris predicatorum extitit et omnibus  
amabilis. **A**tego inquisitor cum de singulis  
certificari volebam. per quindam etylera ad  
varia sanctorum lumina ipsum deducere decreui.  
**P**recipue autem ad ecclesiam sancte praedidis  
virginis ob pars statue marmoree: cui in sua  
flagellatione salvator noster alligatus fuerat  
et ad locum in quo petrus apostolus crucifixus fuerat. in quibus locis horribiles euila-  
tus dum exorcizabatur emittebat. iam asse-  
rens se vele exire: post paululum vero minime  
**E**t ut premissum est in omnibus moribus  
mansit sacerdos copiosus et sine omni nota  
nisi dum exorcismi incipiebantur. et illis si-  
nitis dum stola de collo amouebatur. et nunc  
iterum nec minimum irrationaliter aut inhone-  
stum motus demonstrabat. **D**oc demptio dum  
ecclesiam aliquam pertransfundo genua per sa-  
lutationem virginis gloriose flectebat. **T**unc  
diabolus eius linguam in longum extra os  
suum emittebat. **E**t interrogatus. An non ab  
illo se posset commere. respondit. **D**oc facere

minime maleo sic enim vivitur omnibus mem-  
bris et organis collo lingua pulmone ad lo-  
quendum vel ciuidandum ei placet. **O** au-  
dio quidem verba que sic per me et et mem-  
bris meis loquitur. sed resistere omnino non  
valeo. et quanto deuotius orationi aliqua in-  
sistere affectarem ratio acris me impugnat  
linguam emitendo. **E**t quoniam columnam in  
ecclesia sancti petri ex templo salomonis cir-  
cumferrata existit. per cuius virtutem plures  
licet a demonibus obsessi liberantur. eo quod et  
christus predicando in templo illi appodias-  
set: hic tamē occulto dei iudicio liberari non  
potuit. **A**lium modum per sua liberatione si-  
bi disponendo. licet enim per integrum die  
et noctem circa columnam inclusus mansisset.  
tamen sequenti die post variis exorcismis  
super eum perfectos dum circumstaret popu-  
lus et magnus fieret concursus. **E**t interroga-  
tus in qua parte columne se christus appodias-  
set. **T**unc dentibus modendo columnam lo-  
cum demonstrabat: **C**icilius. **H**ic steri. **H**ic  
stetit. Ultimatum tamē dixit. **N**olo exire. **E**t  
cum interrogaretur: quia de caula. **R**elpōdit  
propter lombardos. **E**t interrogatus denuo.  
**L**ur. **P**pter lombardos egredi nollet. **T**unc re-  
spondit in italicica lingua cum tamen infir-  
mus sacerdos illud ideoma ignoraret dicens.  
**O**mnes faciunt sic et sic. noisando pessimum  
vitium luxurie. **A**t sacerdos post hoc me in-  
terrogando dixit. **P**ater: quid sibi volunt hec  
verba italicica que ex ore meo prouulit. **C**ui cum  
indicasset. respondit. **V**erba quidē audiui  
sed intelligere non potui. **E**t quia utrei proba-  
uit euentus hoc demonum erat de genere illo  
de quo salvator in euangelio. **H**oc genē de-  
moniorum non existit nisi in oratione et ieu-  
nio. Ideo quidā venerabilis episcopus per tur-  
cos ut fertur a sede expulsus pie illi copates  
per totū quadragesimale tempore in pane et aqua  
ieunius et ozōnibus et exorcismis quotidie  
insistens ipsum per dei gratiam tandem liberavit et  
ad propria cum gaudio remisit. **S**up quo licet  
sine miraculo nullū in bacvita possit sufficiē-  
ter differre quibus et quā modo demon boies  
possideat vel etiā ledat. **P**ossum tamen dicere quod  
quinq̄ modis. depto eo quod in reb⁹ fortunet  
teriorib⁹ aliquā tamen ledit. **N**ā aliqui in propriis  
tūmō vexātur corporib⁹. aliqui in corpore si-  
mul et in potētis interiorib⁹. aliqui in potē-  
tis tūmō interiorib⁹. aliqui castigatoe corū  
ad tēs tūmō vīsu rōis priuant. Aliqui vero  
velut bestie irrationales reddunt. **P**refatū sacer-  
dotē quarto modo possedium fuisse declarat.  
**N**ā nec in reb⁹ fortune nec in proprio vexacu.

corpo fuit put cōgit̄t beato Jobvbi deus  
demonem licentiaſe manifeſte ſcripturā ſu-  
per hoc tradit dīces ad ſathan. Ecce vniuer-  
ſa que habet in manu tua ſunt tū in eum ne  
extendat manum tuam et hoc in reſ extero-  
res. In corpus vēro pſtmodū ait. Ecce in  
manu tua eſt veruntamen animā eius ſerua-  
id eſt viam eius ne auferas. Potest etiam di-  
ci q̄ tercio modo ſcilicet in potentiis anime  
interioribus ſimil et corpo reuatus fuit:  
cum dicebat v̄ Job. vñ. habetur. Ad domi-  
num ſi dixerō. coſolabitur me lecūlus me-  
us et relenabō loquens meū in ſtrati meo.  
terrebis me per ſomnia et perviſſioneſ horo-  
re cōcūtieſ demoneſ ſciliſ peuranteſ fm Ali-  
colam de lira. et fm Tho. Terrebis me per  
ſomnia que fez dozimenti apparent. et per vi-  
ſioneſ que ſciliſ appeari vigilanti ab yſu  
exteriorum ſenſuum alienato. ſolent eniſ fan-  
taſmata in formata diurnis cogitationib⁹  
eſſe in terrorē dormienti. Et hec operabā-  
tur in eo ex infirmitate corporis. Unde ſic  
coſolatione vndiqſ fecluſa nil remedij vide-  
batur Job cuadendi tot anguſtias niſi per  
mortem horozie inqui cōcūtieſ. Quibus mo-  
diſ et maleſice homineſ ledere per demoniſ  
nemo dubitat. put et in ſequenteſ patet  
qualiter per grandineſ in rebus fortunat in  
corpora animaliū et hoēm leſionea inſerunt  
Et terci⁹ etiam modus lededi eſt in corpe et in  
interioribus potentiis abq; priuatione vſus  
rationis. Pater et earum operationib⁹ vbi  
re ſupra tactum eſt adeo mentes hominiū  
ad illiciteſ affectioneſ incidunt q̄ neceſſa-  
rio etiam nocturno tempore ad amariſ per  
longa terrarum ſpacia currere habent. Fisco  
carnaliſ amoziſ nimis illaqueati. Potest ad-  
duci et illud qđ in baſſa opido margburc  
cōgiſſe dicitur de quodam obſeflo etiam fa-  
cerdote. dum in exorcizimis demoni interro-  
garetur: quanto tempore ſacerdotem inhabi-  
tasset. Respondiſſe fertur. ſep̄e annis. Et cū  
exorcista obſiceret. Cum vix per tres menseſ  
eum reuagliſſi: reliquo tempore vbi eras? Re-  
ſpondit. In corpe ſuo me occulabā. Et ille  
In qua parte corporis vbi inquirebat. respō-  
dit. vt plurimū in capite. Et dehinc vbi nam  
fuifſer quādo diuina celebazzet et ſacramen-  
tuſ ſumpſiſſer requiſit⁹: dixit. Sub lingua  
eius me occulaui. Et ille. Difer: qua tem-  
peritate ad preſenſia creatoris tui nō auſfigiſſi.  
Tunc demō. Anquid ſub ponte ſe nequa-  
occultare poſt donec deſuper vſi ſanciſ  
pertransiſſi. dummodo grefiſ ſiſteri: di-  
uina tamē cooperante gratia liberatus fuī.

Sue verum ſue ſiciliciū p̄tulerit: cum men-  
dat ſit et pater eius. Quartus modus apli-  
catur ad prefatum poſteſum rōme liberati  
ſub hac declaracione. q̄ demon poſſit illabi  
corpoſi licet non anime cum hoc ſoli deo ſit  
poſſibile. Illabi etiam corpori nō tamē inſra  
terminos eſſentie corporis. hoc in qua decla-  
rando habetur modus quo demoneſ ſubſta-  
tiāliter interdum homineſ in habitant: et ad  
tempus tantummo vſu rationis priuāt. Et  
quidem hoc ſi declaratur. Nam dicere poſ-  
ſumus q̄ corpus haſter terminos duplicita-  
rationis. ſez quātitatis et eſſentie. Unde quā  
angeluſ quiq; bonus vel maluſ operaſ  
intra terminos corporis: operatur inſra ter-  
minos corporaliſ quātitatis. Et ſic etiā illa-  
bitur corpori ſoperando circa poſtētias quāti-  
tatiuaſ. ſic etiam boni angeluſ etiam imagina-  
riæ in bonis viſioneſ operaunt. Nunq; au-  
tem dicuntur illabi eſſentie corporis. quia nō  
poſſunt illabi v̄ pars neq̄ ſicut virtus. Plo-  
ſit pars quia alia et alia eſt eſſentia yrobizi-  
gi. Non ſicut virt⁹ quasi dans eſſe: quia ſuū  
eſſe baber per creationē a deo. Unde et ipē ſo-  
lus haſter intrinſeſa eſſentie operationē et co-  
ſeruationē qđi placiſum fuerit ſue pietati  
coſeruando. Unde coeluditur q̄ alie omnes  
perfectiones ſeu defectus. loquēdo de bonis  
quo ad perfections. de malis quo ad defect⁹  
quādo operantur ſi operant circa corpus et  
partes eius ut circa caput illabuntur talis cor-  
pori ſuper terminos videlicet quātitatis et  
quātitatiuaſ poſtētias. Si vero circa animā  
tunc iterū vterq; extrinſeſe operaunt: fed mo-  
di diuſiſ. Et dicuntur operaſ circa ani-  
mam fantasmata illa ſeu ſpecies intellectui  
reprefentando. et nō ſolum ad iudicium ſen-  
ſus co munis et ſenſuum exteriorū. Ex quib⁹  
operationib⁹ ſequuntur tentationes a ma-  
lis angeluſ et affectiones et cogitationes ma-  
le per indirectū operaſ verius intellectū  
A bonis autem an gelis ſequuntur illustra-  
tiones fantasmata ad cognoscendū reuelan-  
da ab eis. vnde et talis diuſiſtas eſt q̄ boni  
angeli etiā directere poſſunt impriſme in in-  
tellectum fantasmata illustrando. Hali au-  
tem neq; illustrare picuntur fantasmata ſed  
potius obſuſcare. Item nec directere impriſme  
re poſſunt ſi tantummodo indirecte in qua-  
tum intelligentem neceſſe eſt fantasmata ſpe-  
culari. Per hec tamē etiam angeluſ bonus  
non dicitur illabi anime: licet eam illumineſ.  
Sicut nec dicitur ſuperior angeluſ il-  
labi in inferiorē: licet eum illuminet ſed tan-  
tummo extrinſeſe opatur et coopat mō quo

Dictum est: unde multo minus malus illabi potest. Et per hunc modum demon sacerdoti corpus in tribus occupauit. Primo quod sicut illa bisu corpori portu in fratre videlicet terminos corporalis quantitatis ita caput suum occupauit substantialiter illud inhabitando. Secundo quod sicut circa animam eius extrinsece operari potuit obfuscando intellectum et rationis visum perderet. Ita etiam potuit ut sine intermissione vel etiam interpellanti eum quo ad amissionem rationis vegetaret. Licit etiam dicitur potest quod ex dono dei hoc habuerit sacerdos ut non sine intermissione a demone vexetur. Tercio quod liceat omnibus membris et organis ad loquendu et voces ad formandum priuarentur. Semper tamen ad verba licet non ad sententiam verbozum aduententiam habuisse qui modus obsecrati plurimi ab alijs obsecrandi modis differt. cum et muniter obsecrati leguntur sine intermissione a demonibus affligi. ut patet in euangelio tam de lunatico cuius pater dixerat ad iesum. Domine misere re filio meo quia lunaticus est et male patitur. Matth. xviiij. Quod etiam de muliere illa quia satanas alligauerat. xviiiij. annis et erat inclinata nec omnino poterat sursum aspicere. Luke. xij. Quibus etiam modis indubie demones divina permissione ad instantiam maleficarum vexare possunt.

De modo quo omne genus infirmitatis inferre poslit. Et hoc in generali de grauioribus.

**C**apitulum. xi.  
Ed et hoc quod non sit aliqua infirmitas corporalis que a maleficiis deo permittente inferri non possit. Etiam si ad leprosam vel epilepsiam se extenderet habeat. Probari potest per hoc quod doctores nullum genus infirmitatis excipiunt. Nam si diligenter ea que superius sacra sunt tam de virtute demonum quam ad maliciam maleficarum considerant nullam patitur hoc difficultatem. Nam et nider tam in suo preceptorio quam etiam forniciario ubi querit. An malefici possint veraciter suis maleficiis homines ledere. Et est questione absque exceptione aliquis infirmitatis etiam quantum incurabilis. Et ubi respondit quod sic querit consequenter quibus modis et quibus rebus. Et quo ad primum respondit ut supra ex prima questione prime partis tractatus patuit. Probatur etiam per Iordanum describentis maleficarii operationes. viiiij. ethi. c. ix. Malefici dicuntur ob facinorum magnitudinem. hi enim clementia coacti sunt scilicet opere demonum ad tempestates conci-

tandas mentes hominum turbant modis vis delictis supra tacis visum rationis vel omnino impeditio. aut grauiter obfuscando subdit. et absque villo veneni haustu violentia tantum carminis animas intermixtum vitam videlicet auferendo. Probatur etiam per sanctum Thomam in q. senten. circa di. viij. et viij. Et in viii. di. xxvij. Et communiter per omnes theologos ibidem scribentes quod malefici omnibus modis possunt curare lesiones in hominibus et eorum rebus cooperante demone in quibus demon potest solum ledere vel decipere videlicet in rebus fama corpore visu rationis et in vita. vult dicere quod in illis in quibus demon per se absque maleficia possit ledere possit etiam cum maleficia immo ampliori facilitate propter maiorem diuine maiestatis offensionem ut supra tacum est. De rebus namque patet Job. i. et ii. ut supra patuit. De fama patet in legenda beati Hieronymi ut refert Jo. an. in hieromini anno quod diabolus se transformauit in formam sancti silvanus episcopi in nazareth amatoris Hieronymi. Qui demon primo feminam nobilem nocte in lectio procare et puocare cepit ad luxuriam verbis. et deinde factis sollicitauit ad malum. que cum clamaret demum sub specie sancti episcopi sub lecto feminine se abscondit. ubi requisitus et inventus per luxuriosaverba se menitus est esse episcopum silvanum. In crastinum igitur sanctus vir disparente diabolo diffamatus est grauissime. Que infamia tandem circa sepulcrum sancti Hieronymi fatente diabole in obsecro corpore purgata est. De corpore patet in beato Job qui percussus fuit a demone vlcere pessimo quod exponitur de leprosa. Refert etiam Sigibertus et Vincen. in spe. bistro. li. xxv. c. xxvij. quod tempore Ludovici secundi impatoris in parochia maguntina quidam demon primo sepi lapides fecit et quasi malius ad dormos percussit. Et deinde publice loquendo farta prouidendo et discordias seminando plures inquietauit. Deinde omnes contra unum irritauit cuius hospitiu ubi cuncti manebant incendiit. Et ob illi peccata oes pati affirmauit. Unde tandem agros pro hospitiis habere potuit. propter quod cum presbyteri letanias celebraret multos lacribus lapidibus demum velq; ad cruentatorum leuit. aliqui quietierunt. aliqui seueri. et per triennium ista continuauit quos item oia edificia ibi incendiis consumpta sunt. Item de documento visu ronis et vexatione interiorum sensuum probatur ex possessis et arreptiis per euangelicas etiam historias. Itē de morte et quod de vita etiam quoddam priuat. p. 13

**L**obice. vi. de septem viris sare virginis occisis qui propter luxuriosum affectum et effrenem appetitum in virginem saram eiusdem non erant digni matrimonio. Quare cocluditur quod sicut per se ita et amplius per maleficas in omnibus nihil dempto hominibus nocere possunt. Verum ubi querit. An huiusmodi lesiones sint potius demonibus aut maleficiis imputande. Respondetur quod sicut propria et immediata actione demones operantur infirmitates immittendo. ita et ipsi principaliter sunt imputande sed quia in contempnum et offendam creatoris simul et in perditionem animarum querunt huiusmodi per maleficas exercere scientes quod per talcum modum sicut deus amplius irritatur ita et amplius permituit eis potestatem sciuendi. quia et de factio innumera maleficia perpetrant que non permetterentur diabolo inferre hominibus si per se soli in affectaret homines ledere que tamen permittuntur iusto et occulto dei iudicio per maleficas propter earum perfidiam et catholice fidei abnegationem. Unde et eis iusto iudicio talia maleficia imputantur secundario quantumque diabolus sit actor principalis. Scopula ergo quam mulier intingere aque ut pluat et sursum in aerem aquam spargendo licet in se non causat pluviam nec posset mulier inde reprehendi. quia tamen ex pacto cum demone initio. ubi iam ut malefica talia facit. licet demon sit qui pluviam causat. ipsa ramen merito inculpatur. eo quod mala fide et opere diabolo servit eius obsequiis se tradendo. Sic etiam quando imaginem ceream vel simile ad maleficiandum aliquem maleficus facit vel quando maleficio alicuius in aqua vel plumbo imago appareat quicquid molestie inferunt tali imaginem cum tale experitur fieri in imaginato id est homini maleficiato. pura punctura vel alia lesura quecumque. Licet lesio realiter inferatur imagini per maleficam vel alium hominem et invisibiliter demon maleficiatum hominem eodem modo ledit: merito tamen malefice imputatur. quia sine ea deus nunclesio inferre diabolo permitteret. nec diabolus per se ledere ipsum attentasset. Sed quia dictum est de fama in qua demones per se homines ledere possunt absque maleficarum cooperacione postea in dubium veri. An etiam demones per se possint honestas mulieres infamare ut tanquam malefice reputarent cum in earum effigie ad maleficiandum aliquem apparerent unde contingat talis innocentia infamari. Responso. Aliqua sunt premittenda. Primo quia dictum est

demonem nihil possit efficere absque divina permissione ut in prima parte operis circa vltimam questionem patuit. etiam tactum est quod non est tanta permisso super iustos et in charitate existentes sicut super peccatores in quos utique sicut maiorem habet potestate iuxta illud. Cum fortis armatus custodit regem. Ita vestigia plura permittunt a deo in eorum afflictionem quam super iustos. Denique licet iustos in rebus exterioribus ut fama et sanitatem corporis ledere possunt deo permittente quia ramen sciunt hoc eis cedere in augmentum meritorum ideo minus eos ledere affectant. Ex quibus dici potest quod in hac difficultate respectus potest haberet ad diuersa. Primo ad diuinaz permissionem. Secundo ad hominem qui certetur honestus. cum tales non semper sunt in charitate existentes sicut sunt sub honestate reputati. Tercio ad facinus in quo innocens deberet infamari. quod illud ex sua radice cuncta flagitia mundi excedit. Ideo dicendum licet ex diuina permissione quicunque innocens sine in gratia constitutus siue non sed possit in rebus fortune et fama. habendo tamquam respectum ad ipsum facinus et gravitatem criminis cum malefici sic nuncupantur ob facinorum magnitudinem. Juxta istoque sepe allegatur. Dicitur potest quod hoc ut aliquis innocens predicto modo a demoni infametur fieri non est bene possibile iterum multis respectibus. Primo quod cum infamare in vicis que absque peccato expiatio vel tacito initio cum demone perpetrantur. ut sunt furta latrocinia et accus carnales. Aliud sit ab infamia super vicia que nullo modo possunt homini imputari aut ab eo perpetrari nisi super pactum expressum cum demone initum qualia sunt opera maleficarum que nisi virtute demonum a maleficiis perpetrantur ut ubi homines invenient aut terre fruges maleficiantur unde et eis alter imputari non possunt. Ideo licet demon possit hominem de aliis vicis infamare. de tali tamquam vicio infamare quod sine eo non potest perpetrari non videtur bene possibile. Preterea hoc usque nunquam actum est nec repertum ut aliquis innocens sit per demonem taliter infamatus. Et sic propter talis infamiam mortui fuisse adiudicatur. immo ubi tantummodo infamia laborat talis nulla pena punitur nisi quod canonica purgatione sibi indicatur ut in tercia parte operis circa secundum modum sententiandi maleficas patet. Et licet ibi contineatur quod in casu dromi in purgatione deficeret pro reo esset habendus. adhuc non abiuratio sibi indicetur anteque ulterioris super penam relapsus.

debitam procedere. Sed quia circa con-  
tingentia laboramus que acru nunc fuerūt  
perpetrata nulli dubium quin et in posterū  
diuina permisso fieri nō p̄mittat. Preterea  
et a fortiori propter angelicā custodiā que  
nō permittit infantes in alijs criminibz mi-  
noribus infamari. vt in latrocinijs et huius-  
modi minus permitte. immo fortius sue cu-  
stodie deputatū ab infamia talium flagitio-  
rum preseruabit. Nec valet si quis acta per  
sanctum Germanū obsecreret quando demo-  
nes in assumptis corporibus et ad mensam  
cōsiderentibus alias mulieres viris suis con-  
dormientibus reprehēscant hospitē illudē-  
tes quasi ille mulieres in p̄zijs corporibus  
semper edentes et bibentes aduentarent. de  
qua erat supra mentio habita est. Quia nec  
ibi ille mulieres excusantur quasi innocētes  
omnino. sed q̄ talia mulieribus sepe accidit  
quod iuxta ca. xxvi. q. v. episcopi. noratur.  
Ubi reprehenduntur tales q̄ dum in imagi-  
naria solummodo illusione transferantur pu-  
tant se veraciter et corporaliter transferri. li-  
cet ut supra tactu est etiam interdū corpora  
liter a demoniis rebuntur. Sed q̄ corpo-  
rales infirmitates alias omnes nulla dēp̄ta  
diuina permissione inferre possunt. De illo  
est presens speculatio. Excludendo ex preno-  
tanis q̄ sic cum nulla fuit a doctoribus exce-  
ptio. cui et rationē assentire oportet cum ali-  
as demones sua naturali virtute cuncta cor-  
poralia excedunt ut sepe tacitum est. Acta de-  
nique et gesta per nos reperta hec affirmant.  
Nam licet maior difficultas fortassis circa  
lepram aut epilepsiam oriri possit an videli-  
cer talia inferre possent eo q̄ huiusmodi tan-  
tummodo ex diuturnis p̄zijs interizorum  
dispositionibus et defectibus solent oriri. ni-  
hilominus per maleficia interdū esse illata  
repertum est. Nam in dioecesi Basiliensi in  
cofinibus partium Lotharingie et Alsacie  
cum quidam honestus laborator quedam ver-  
ba dura contra rixosam quandam mulierē pa-  
tulisset. illa indignata minas adiecit quod in  
breui se de eo vindicare vellet. Et ille licer mi-  
nas parvupendisset. eadē tamen nocte sibi pu-  
stulam collo acreuisse sensit fricando tamē  
paululum et strangis totam faciē inflataz et  
tumefactā cum collo persensit intantū hor-  
ribilis species lepre eriam per totū appareret  
corpus qui nō distulit sed quātotius amicis  
et cōsulibus acceritis rem gestam super cō-  
minatoria verba mulieris narravit. et q̄ sic  
moxi ea fide et suspitione vellet q̄ illa sibi arte

magica eadem malefīca intulisset. Quid plu-  
ra mulier capitur questionibz exponitur et  
crimen fatetur. At iudet de modo et causa di-  
ligentius inquirens. Respondit. Cum me  
verbis obprobriosis homo ille aggressus fu-  
isset ego ira succensa cum ad domum venisse  
malignus spiritus causaz tristicie mee inqui-  
rere cepit. cui cū singula enarrarem et vt me  
vindicare possem eidem insinuando instarē  
ille inquisiuit dicens. Quid ergo vis vt ei  
faciam. At ego respōdi. Vellel ut inflata  
faciem semper retineret. et sic ille abscessit et il-  
lam infirmitatē ultra quam petij homini in-  
tulit. ego enim q̄ tali lepra cum p̄cureret mi-  
num sperasse; vñ et incinerata fuit. In dio-  
ecesi deniq̄ Eōstantiensi inter Brisacum et  
Fryburg leprosa quedam mulier multis re-  
fere soleit nisi debitum vniuersitate carnis iam  
ab annis duobus persoluerit quod simili de  
causa cōtrauersie que inter ipm et quandam  
aliam mulierē mota fuisse dum de nocte do-  
mum egredia ante ostium quid operis agere  
tentasset ventus quidam calidus a domo al-  
terius mulieris que ex oposito domus sue  
fuerat eius faciem repente insufflauit. vnde  
subito in lepram quā gestabat se incidisse asse-  
ruit. In dioecesi deniq̄ eadem et territorio ni-  
gre silue malefīca dum per litorē superstru-  
en lignorum p̄ incendio sibi parato a terra  
eleuarentur dixit. Dabo tibi mercedē. Et sic  
insufflando in eius vultum statim lepra hor-  
ribili per totum corpus percussus paucis et  
post superuixit diebus. horrenda eius flagi-  
cia breuitatis causa obmiruntur. sicut et alia  
quasi innumera sup hec recitari possent. Ep̄i-  
lensis namq̄ seu caducum morbum certus  
instigisse per oua cum mortuorū corporibus  
subtumulara p̄cipue ex earum secta inhu-  
tio cum alijs earū ceremonijs que recitanda  
nō sunt vbi in potuvel cibo alicui prebuerūt  
sepius a nobis repertum est.

Super modum quo alias cōsimiles in-  
firmitates in speciali hominibz inferre so-  
lent.

Capitulum. xij.

**A**lias deniq̄ infirmitates inful-  
se ut cecitatem vel acutissimos dos-  
lores et torsiones in corporibz hor-  
ribilis quis enumerare potest. Tamen ex his que oculis nostris perspectimus  
et que vni ex inquisitoribus innotuerunt ali-  
qua in mediū producamus. Eo in tpe quo  
in opido yſbruck inquisitio sup maleficas  
sicer. hic inter alios deduci sui casus. Na-

bonesta quedam persona et vni ex familiaribus archiducis matrimonio copulata in presentia notarii et c. fuit forma iuris depositum quod cum tempore sue virginitatis cuidam ex ciui bus famularetur. Accidit ut ypo: illius gratia dolore capitis langueret. Pro cuius curatione cum quedam mulier accessisset et suis carminibus et certis praesertim mitigare dolorē haberet. Ego eius practicam rbi diligenter obseruabam: perspectis quod contra naturam aquae fuisse in scutellam quandā ipsa aqua in ollam aliam ascenderet cum alijs ceremoniis que recitare op̄ nō est. consideransque et illis doloris capitib⁹ in domina nō mitigaretur aliqua liter indignata hec verba ad maleficam p̄tuli. Maleficio quid agitis: vos nō facitis nisi superstitiosa et hoc propter comodum vestrum. Tunc malefica statim subiunxit. An sint superstitionis vel nō: tercia die tu senties quod rei probauit cœntus. Nam tercia die mane me sedente et fusum apprehendente. tantus dolor subito corpus meum inuasit. Primo in interioribus ut nō esset pars corporis in qua nō punctiones horribiles sentirent. Secundo nō aliter mibi videbatur nisi quod contineat igniti carbones capiti meo superfundarent. Tercio in cute corporis a vertice usque ad plantas pedis non fuisset spaciū ad punctū accus vbi nō fuisset pustula alba sanie repleta. Sicque in his doloribus euilando et tantum modo morienti optando visus ad diem quartum persistit. Tandem maritus domine mee ut stabulum quoddam intrarem mibi inuenit. At ego paulatim incendendo eo precedente dum ante ostium stabuli eramus. Ecce inquit ad me: pecia panni albi super ostium stabuli. At ego. Video bene. Tunc ille. Quantum pores remone quia forte melius habebis. Tunc ego tūcum potui uno brachio me ad ostium tenente cū altero peritam apprehendi. Aperias inquit dominus et considera diligenter ibi reposita. Tunc rbi peciam solui plura ibidem inclusa reperi. precipue autem grana quedam alba ad modum quo pustule inerant corpori meo. semina quoque et legumi na quoquā similia necedere poterant aut intueri cum oīibus serpentibus et aliorū animalium intuita sum. Et sic stupefacta dum inquirerem a domino quidnam agendum fōret. ut in ignem cuncta prōcerem inuinctum. Projeci. Et ecce subito non post hore spacium aut quartale sed in momēto ut in ignem res ille fuerant piepte omnem sanitatem pristinam recuperavi. Et quia plura cōtra ypo: rē

illius cui sanulabatur fuerunt deposita per que suspecta nō tam leviter et velementer fuit habita et precipue propter magnā familiariatem cum maleficiis habitam. Unde presumitur quod conscientia de maleficio reposito hoc viro indicavit et deinceps modo p̄missio publicatum sanitatem ancilla recuperauit. Insuper aliud maleficiū cuidam persone etiā muliebri illatum in eodem oppido referre in detestationem tanti criminis expediat. Quisler quedam maritata et honesta accessit iuxta iuris formam ut supza depositum. Retro dorsum inquit habeo viridarium est et illi ortus cōtinuus vicine mee. Unde quādā die cum transiū fieri ex orto vicine ad viridarium meum non absq; damno perspexisse stans in ostio viridarii. et apud meip̄am cōquerendo et querulando tam de transiū quod de domo vicina subito superueniret et eam spectatam haberem inquisiū. At ego territa propter malam eius famam nūl aliud nisi hec verba protuli. Hreslus in graminibus dampna demonstrant. Tunc illa indignata quia ad eius fortassis beneplacitū me litigiosis verbis cum ea implicare nolebam. Abscessit cum murmurare. Et verba que protulit licet audire tamen intelligere nō potui. Post paucos vero dies ingens infirmitas mibi accedit cum doloribus ventris et acutissimis torsionibus a latere sinistro versus dextrum et viceversa quasi duo gladii aut cultri essent pectori insiti. Et sic die noctus clamoribus omnes vicinos alias inquietauit. Et cōsternatus hincide p̄ solatōne accedit ut lutificulus prefatam vicinam et maleficam adulterino flagitio habebat in amasiam simili modo visitationis gratia accedens. et infirmitati mee copatiens post verba consolatoria abscessit. Sequenti tamen die festine rediit. et inter alia consolatoria subiunxit. Experimentum capiam an ex maleficio hec vobis infirmitas acciderit. quod si sic repertum fuerit sanitatem vobis recuperabo. Accepto ergo plumbo liquefacto et me in lecto decubente plumbū in scutellā aqua plenā supra corpus meum apodianto infudit. et ubi quedam imago et figura diversarū rerum ex plumbō congelato apparuerint. Ecce inquit ex maleficio hec vobis contingit infirmitas. Et super limen ostii domus una pars instrumentorum maleficū cōtinetur. Accedamus ergo et illis armis melius sentiens. Sicque maritus meus cum eo pariter ad tollendum maleficium accedunt. Et lutificulus limen eleuant

marito iniurie et manum in fovea que ap-  
paruerat mittereret et quecumque inueniret ex-  
traberet. Quod et fecit. Nam primo imagi-  
nem quandam ceream in longitudine vni pal-  
me vndicis perforatam habentis dnos acus  
et aduerso per latera ad modum quo ipsa pun-  
ctiones a sinistro latere usq; ad dextrum et ecd-  
uerso persenserat extractit. Demum pecias pan-  
niculorum diuersas plurimas res ra in gra-  
nis q; in seminibus et ossibus continentibus  
sicq; illis in ignem piceis ego quidem kon-  
valu sed no ex toto. Nam licet torture et pun-  
ctiones cessassent appetitusq; comedendi re-  
dixisset. ex integro tamen pristine sanitatisq;  
in peflens minime sum restituta. Et cum a-  
pud latifigulz impozitum instarem. Unde  
hoc q; pristine sanitatem no rediret. Respondit  
Sunt et alia instrumenta alibi abscondita  
que inuenire no valeo. Et qualiter tunc pri-  
ma instrumenta reposita agnouisset dum in-  
quiereret. Relpoedit. Ex amore quo amicus  
amicu reuelare solet hec cognoui. Unde du  
adulteram procabat et mihi vicinam agno-  
ui. Ideo argumentum super eam cepi suspi-  
cionis. hec egrora recitabat. Sed quid si sin-  
gula que in illo duxerat opido reperta sunt  
dum recitare vellem liber vtq; foret cōfici-  
endus. quanti enim ceci claudi aridi et dixer-  
is irretiti infirmitatibus iuxta formam iuris  
ex reverbenti suspitione super maleficas eis  
huiusmodi infirmitates in genere vel in spe-  
cie predicentes et q; talia in breui sentire ha-  
berent. vel ad dies ritevel ad mortem statim  
percipiendā. Et quod in eorum ausilium-  
ta cuncta accidissent. vel ad specificata infir-  
mitatem. vel ad mortem aliorum. quia enim  
terra illa vasallis et armigeris abundat et  
q; dant ricia rbi interdum mulieres pcam-  
bant dum illas procatas abijcere et alias ho-  
nestas matrimonio sibi copulare disposer-  
runt. raro sine vindicta super maleficū infe-  
rendū aut viro aut uxori dum se spretas cer-  
nebant. thorax conigalis perseverabat. non  
autē viris tantū q;sum mulieribus eo ut pie-  
stimator potest illis interemptis aut arefactis  
prioris amasias procare haberent. Nam et  
cocus quidam archiducis dum iuuenclā  
bonestam et alienigenā durissem malefica ei  
amasia in publica via alijs honestis psonis  
audientibus iuuenclā maleficū et mor-  
tem predixit extensa manu dicens. Non din-  
de tuo marito gaudebis. Scatum q; sequen-  
ti die lecto decubuit et post paucos dies de-  
bilem vniuerse carnis persoluit in extremis  
corelando. En sic morior quod illa suis ma-

leficis deo permiscente me interim it et vtq;  
pro meliori deo sibi alias nuptias in celis di-  
sponente. Sic deniq; per maleficā miles  
quidam vi publica fama testat interemptus  
sunt sic et alijs plures quos recitare obmitto.  
Inter quos et domicellus quidam dum ad  
nutum amasie lecu pernoscere solebat et per  
famulum suum quod ea nocte secum certis  
negocijs prepeditus pernoctare no posset ei  
indicasse. Illa indignata famulo iuuenclā.  
Diecas domicello. Non diu me veritab. sic  
q; et sequenti die infirmatus post paucos di-  
es sepultus. Sunt et tales malefice que indi-  
ces solo aspectu et oculorum intuitu malefi-  
ciare sciunt. quod etiam nullam molestia eis  
inferre publice se facientes. sed et quibuscur  
q; pro criminalibus causis detentis et gra-  
uissimis tormentis pro dicens veritate ex-  
positis taciturnitatē inferre sciunt q; nunq;  
eozum facinora detegere poterunt. Sunt et  
que imaginē crucifixi flagellis et cultris im-  
pingendo a maleficā perpetrāda cuim tur-  
pissimis verbis contra gloriosissime virgi-  
nie Marii puritatem et nostri saluatoris  
ex eius interemato vtero nativitatem debo-  
netauerunt verba illa et singulos actus reci-  
tare no expeditum cum nimis sine piorum aurē  
um offendissa. In scriptis ramen redacta et re-  
posita sunt prout baptizata quedam iudea et  
alias iuuenclā inducerat. quarū vna vnde  
purgis nomine eodem anno in extremis po-  
lura dum a circumstantibus ad confessionem  
peccaminū hortaretur exclamauit. Corp  
er anima tradidit diabolo nec spes mihi adele  
venieat sic defuncta. Singula hec non ad  
ignominiam sed ad laudem et gloriam illu-  
strissimi archiducis conscripta sunt cum res-  
vera vt catholicus princeps et precipiuſ si-  
dei zelator in exterminio earum cum assi-  
stentia reuerendissimi ordinarii Brictien. no  
mediocriter laborauit. Recitata autem poti-  
us in detestationem et odium tanti criminis  
vt que iniurias hominum vleſci non desi-  
stunt. quomodo iniurias creatoris erfidei  
cōtumelias etiam no habendo ad tempora-  
lia damna respectum sufferre possunt. omni-  
um enim eorum hoc precipiuſ fundamentū  
fidei vices abnegatio existit.

Super modum quo obſterices malefice  
maiora damna inferunt dum infantes au-  
interimunt aut demonibus execrando offe-  
runt.

Capitulum. xiiij.

**E**c pretercundū est de nocumētis  
a maleficiis obſtericibus pueris il-  
latiſ. Et primo quomodo interi-  
munt. Secundo quomodo demo-  
nibus offerendo exerant. In diocesi nanc  
Argentinensi et opido zabernio mulier que-  
dam honesta. ac beatissime virginis Marie  
plurimū deuota hunc calum referre ſibi ac-  
cidisse singulis eius hospiciū quod publice  
teneat: nigrā habet aquilā p intersigno fre-  
quentantibus cōmemorat. A viro inquit le-  
gitimo ſed iam defuncto impregnata. Ubi  
dies pariendi appropinquaret. Mulier que-  
dam obſterit ut ipam ad obſtericandū pue-  
rum acceptare importune instabat. At ego  
conſcia de eius infamia licet aliam mihi al-  
lumere decreuifsem. Clerbis tamē pacificis  
quasi suis annuere velle petitionibꝫ me ſi-  
mulabam. Adueniente autē tempore partu  
cum alia obſterice pduxifsem. Illa prioz in-  
dignata quadaz nocte camera mēa euolutis  
vix octo diebus cum duabus alijs mulieri-  
bus ingreditur. Et lecto appropinquantem  
in quo iacebam. Ē maritiū meum qui in al-  
tera dormiebat camera avocare voluifsem ſu-  
gulis membris et lingua ita remanis viribus  
deſtituta quod dēmprio viſu cum auditu nec  
pedicam monere potuifsem. In medio ergo  
illarum duarū ſtans malefica: hec verba pui-  
lit. Ecce hec pefuina mulieri quia in obſte-  
tricem me recipere noluit impune nō transi-  
bit. Et cum alie due a latere ſtantes p ea ſu-  
plicarent dicentes tñ nunq̄ aliqui et noſtris  
nocuit. Malefica ſubiunxit. Hanc mihi qz  
diſplicentiam fecit ſuis intestinis aliqua im-  
mittere volo. Sicutam qz infra dimidiū an-  
num nullos ppter vos dolores ſentier: fed il-  
lo euoluto ſatis cruciabitur. Accessit ergo et  
ventrē cum manu retigit. Dibigſ videbatur  
quasi intestinis extractis certas res quas m̄  
videre nō potuī intromitteret. Illis ergo ab-  
euntibus cum vires ad clamandū recuperat-  
sem maritiū quātotius vocauit et rem gelaſam  
denudauit. Cum autē ille cauſam pueri  
aſſignare vellet dicens. Nos puerperi pluri-  
mis illusionibꝫ et ſantaliſ laboratis nec qz  
modo dicitis meis fidē adhibere volebat: ad-  
iunxi. Ecce ſpacii p anno dimidiō mihi do-  
nauit. quo elapſo. ſi nulli cruciatus ſuperue-  
nient dicitis tuis fidem adhibebo. Cōſimila  
dēniqz verba filio clero qui et p tunc ar-  
chidiaconus ruralis erat puerit cum et ipſe  
viſitationis gratia illo die eam frequentiaſſet.  
Quid plura ſex mensibus ad punctū euolu-  
tis internorū puerorum tortura ſubito ipam

tam dire inuafit ut nec diebus nec noctibus  
a clamoribꝫ omnes inquietādo abſtinere  
potuifſet. Et quia vt premillium eſt denotis  
ſuma virginis et regine misericordie extitit in  
pane et aqua ſingulis ſabbatinis diebus ie-  
ſuſtando. Ideo et per ipius ſuffragia credi-  
dit ſe liberari. Unde ei quādā die vbi opus  
nature pſicerere volebat: tunc omnis illa immū  
dicia et corpoſe prupit. Et aduocans maritū  
cum filio dixit. Hunc ne res iſte fantatice.  
Nonne diri post dimidiū anni ſpacium veri-  
tas cognofet. Aut quis vidit vñqz ſpinas  
oſſa ſimul etiā ligna me comediffe. Et rāt enī  
ſpine roſarū in longitudine vniuſ palmi cū  
alijs varijs innuúmero rebus iminiſſe. Inſu-  
per vt in prima parte operis ex illius famule  
reduceat ad priam in Bifacio cōfelliōne pa-  
tuit maiora damna fidei circa hanc heretim  
maleficarū ab obſtericibus in ſeruū quod  
erātiam quarundā cōfelliō que et poſtmodum  
incinerare fuerūt lyce clarius demonstrauit.  
Nam in diocesi Basiliensi et opido Dann  
quādā incinerata falſa fuerat ultra. t. pueros  
necesse per modū ſalem ut qz ex vtero egre-  
diebantur acūm capitibꝫ eoz per verticē vſ  
qz in cerebrū inſiuit. Altera dēniqz in diocesi  
Argentinensi pueros abſcqz numero putat  
quia de numero nō cōſtabat ſe interemisſe falſa  
fuerat. Taliter autē deprehebant. Nam vbi  
ex vno oppido in aliud cauſa obſtericandi  
mulierē quandā vocata fuifſet. officio ſuo cō-  
plete dum ad apria redire volebat vbi portā  
opidi exiuit caſu brachii pueri recenter na-  
ti ex lincheo quo pēincta erat cui et inuolutū  
brachii fuerat ad terram cecidit. quo viſo ab  
hiſ qui inſra portam ſedebant dum illa pre-  
teriſſet leuata et terra vt putabat peciam car-  
nis: cauius intucabant. et cum nō periam car-  
nis ſed brachii pueri per articulos membro-  
rum agnouifſent. cōſilio cum pſidentibꝫ ba-  
bito et inuenio qz inſans ante baptiſmū de-  
ciferat brachioqz careret. malefica capitur:  
questionibꝫ exponitur et crimen detegitur  
ſicqz vt predictū eſt abſcqz eius numero ſe in-  
ſantes interemisſe cognouit. Quia autem de  
cauſa: vñqz pſelumendū qz ad inſtantia malis  
gnoriorum ſpirituū etiā eis interduz inuitis ta-  
lia facere coguntur. Nauit enim diabolus qz  
ab introitu regni celeſtis ppter pena damni  
aut originale peccati tales pueri ſequentran-  
tur. Unde etiam dūciſus finale iudicium ptra-  
bitur ſub quo eternis cruciatiōibꝫ deputabun-  
tur. cum eo tardius numerus elector cōplez-  
tur: quo cōplete mundus consumabitur. Et  
vt in premillis tactū eſt ſuafu demoniorū ex-

huiusmodi membris vnguentis eorum usi-  
bus accommoda cōfiscere habent. Sed et hoc  
horrendū facinus silentio pretereundū in de-  
testationē tanti criminis nō est. Nam vbi in-  
fantes non intrinsecū: tamen illos demonib⁹  
exercando per hunc modū offerūt. Plato enī  
infante obstatrē vbi puerpera malefica per  
se nō existit tunc quali quid operis p̄ infan-  
tis refocillatione actura ipm extra camerā de-  
portat et sursum elevans principi demonio-  
rum scz lucifero et omnibus demonibus im-  
molant et hoc in loco coquine supra ignem.  
Et ut quidam retulit cum perpendisset vno-  
rem suam tempore partus q̄ p̄pter coluenz  
modum puerperari nullā ad se ingressi mul-  
lierem permittebat nisi dumtraxat filiā. p̄p̄ia  
que obstetricandi officium gerebat causam  
huiuscmodi experiri volens latenter se illo  
in tempore in domo occultabat. Unde et or-  
dinem sacrilegij et diabolice immolationis  
modo p̄dico perpendit cum eo q̄ vi sibi vi-  
debatur per appendiculi instrumentū in quo  
olle suspendunt infans nō fultus humano  
auxilio sed demonis sursum vēbebat. vnde  
incite cōsternatū cum et horrenda verba p̄  
demonū inuocatione et alios ritus nebandi-  
ssimos plenissimē subito vt infans baptizaz  
retur acrius insterit et cum ad aliam villa in  
qua parochialis erat ecclesia deferendus es-  
set. et per pōtem super aumen quoddā p̄tran-  
sire habet. ille euaginato gladio super filiā  
que infancem gerebat irruit dices alij duos  
duos sibi adiunctis audientes. Nolo ut in-  
fantem per pontē deferas iquia aut per se pō-  
tem gradiet aut tu in flumine submergeris  
Quia perterrita cum alijs que aderant mulie-  
ribus et an ne compos clisterationis inquin-  
entes. Res enim gesta cunctas alias latebat  
deceptis duobus viris sibi cōiunctis. Tūc  
ille. Pessima mulierū: arte tua magica sca-  
derē pendiculū infantem fecisti. Fac et iam vt  
nullo deferent pontem p̄transeat aur in flu-  
mine te submergaz. Sicq̄ coacta puerū sup  
pontem poluit et arte sua demonē inuocans  
subito et altera parte pontis infans cernitur  
Baptizato ergo puer et ad p̄p̄ia rediens cū  
iam per testes filiā de maleficio cōvincere po-  
terat. put primū facinus oblationis minime  
probare potuisse et eo q̄ ipē vnicus illi sacre  
go ritui interfusisset apud iudicē post tempus  
purgationis filiā cum matre accusat et par-  
ter incinerantur et facinus de sacrilega obla-  
tione quod per obstetrices fieri solet detegit.  
Sed hic dubiū oītur. Quid ne operis aut  
efficacie talis sacrilega oblatio in huiusmodi

pueris efficere valeat. Ad qd dici potest q̄ si  
cū triplici ex causa hoc demones efficiunt  
ita et ad tria nebandissima hec eis deferunt.  
Nam primo ex superbia eorum que qz  
semper ascēdit. Iuxta illud. superbia eoz qui  
teoderunt ascendit semper querunt q̄m pos-  
sunt diuinis rebus et ceremonijs se cofozma-  
re et sic sub specie boni apparentis faciliter de-  
cipiunt. Sic enim et virgines pueros mares  
vel feminas expectantia magis vbi in specu-  
lis vel vnguibus maleficorū furtā sublata  
v̄lalia occulta habēt manifestare. licet per cor-  
ruptos idem ostenderet valerent. sed in virginis  
gas se false castitatem amare quam tamē odit  
cum caldissima virgine summe odit. eo q̄ cas-  
put eius corruit. Gen. iii. Unde sic animas  
maleficorū et eis credentium per infidelitatis  
vicium sub specie virtutis decipiunt. Tercio  
vt ipa perfidia maleficarū amplius in sui au-  
gmentum crescat dum a cunabulis sibi dica-  
tas maleficas seruat. Et bis efficit hec sacrile-  
ga oblatio tria in puer. Primo q̄ sicut ex-  
terior oblatio sit in rebus sensibiliō deo pa-  
ta in vino. pane. terre frugibus. et hoc in si-  
gnū debite subiectiōis et honoris. intra  
illud. Eccl. xx. Non apparetis in cōspecu  
domini dei tui vacuus. q̄ etiā realijs post-  
modum p̄phantis v̄sibus nullo modo appli-  
carī debent nec possunt. Unde et. x. q. i. Da-  
mas. papa. di. Oblationes que intra ecclesiā  
offeruntur sacerdotibus tantumq̄ pertine-  
re: sic tamē vt nō solūt eas in suos v̄sus cō-  
uertant sed vt fideliſter dispensent partim ad  
ea quē ad cultum diuinū pertinent. et primū  
etiam in v̄sus pauperum cōuertant. Ita et ta-  
lem puerū diabolo in signū subiectiōis et  
bonoris oblatum diuinis v̄sib⁹ applicari di-  
gne ē fructuose subiectiōis tam p̄ se q̄ pro  
alijs quomodo ēt possibile bocā catholicis  
fieri. Quis enim dicere potest materha scel-  
ra seu aliena peccata quo ad punitionē non  
redundare in filios forfassis ille qui dictum  
propheticiū attendit. Filius nō portabit ini-  
quitatē patris. Sed quid de illo passū Eccl.  
x. Et go dominus zelotes v̄sitanus peccata  
patrum in filios sc̄p̄ in tertiam et quartā ge-  
nerationē. Est enī hec v̄triusq̄ sententia: vt  
prima intelligatur de pena spirituali in iudi-  
cio poli siue dei et non in iudicio fori. Et est  
pena que principaliter rāgit animā siue supē-  
na damnati priuatio glorie siue pena sensus  
id est cruciationis ignis infernalnis. His enī  
penis nūc punitur aliquis sine culpa pro-  
pria vel cōtracta quantum ad originales. vel  
comisso quantum ad actuale peccatum. Secunda  
k i

Vero auctoritas quia intelligitur de imitato-  
ribus paternoz sceleru<sup>r</sup> re Bratianus expo-  
nit. i. q. iii. q. quibz. Vbi eni<sup>m</sup> dat alias expo-  
sitiones. ideo alij penis quibusq<sup>z</sup> in iudi-  
cio dei punitur quis nō solū p culpa sua co-  
missa vel cōmittenda vt scz evictetur: sed etiaz  
pro culpa alterius. Nec valet si dicat q mē  
punitur sine causa z sine culpa que debet esse  
causa pene: quis iuxta regulā iuris sine cul-  
pa nisi subit causa nō est aliquis puniēdus.  
Vnde et dicere possumus q semper supēt cau-  
sa etia<sup>m</sup> iustissima licet nobis ignota. cxiiij. q.  
vij. Aug<sup>o</sup>. Et si sup actionē facti pfunditatē  
iudicior<sup>z</sup> dei penerari nō possumus. verum  
enī rē scimus esse quod dixit et iustum esse  
qd fecit. Et tamē distinguit in pueris obla-  
tis eo q loquēdo de innocentibz qui nō per  
matres maleficas sed p obſterices demoni-  
bus offerunt et rapiuntur occulte vt dicum  
est supra ab amplectibus et vtero honeste ma-  
tris q tales innocentes nō adeo deteruntur  
vt imitatores efficiantur tantorū scelerū sed  
imitatores puerarū virtutum hoc pie cre-  
dendum est. Secundū quod efficit hec sacri-  
lega oblatio est. Q sicut in oblatione qua ho-  
mo seipm deo offert in sacrificiū recognoscit  
deum suū principiū et finem. quod quidē  
sacrificiū dignus est omnibus sacrificijs az-  
lys exterioribz ab eo impensis. Intra illud.  
Sacrificiū deo spiritus ptribulatus cor cō-  
tritum et bimilitū deus non despicias. Et  
boc quo ad principiū creationis et finēz glo-  
rificationis. Ita et ipa malefica puerū offe-  
rens diabolo: eius animā et corpus tāq suo  
principio et fini damnationis eterne comen-  
dat. Unde et nō nisi miraculose a solutione  
tani debiti liberari poterit. Solet quedam  
bistoria immo et plures recitari de pueris ex  
materno vtero demonibus improuise et ex-  
aliqua passione et cōmotione mentis a matris-  
bus oblatis et qualiter cū maxima difficultate  
in adulta etate a demonuz iurisdictione  
quā divina permissione sibi usurpabant libe-  
rari potuerū. de quibus liber exemplorum  
beautissime virginis marie refertus noscitur.  
specialiter et de illo qui per summū pontifice-  
dum liberari a vexationibz demonū nō po-  
terat. missus tandem ad quandā virum san-  
ctum in orientalibz partibus degentē cū ma-  
gna adiutoria difficultate per intercessiōnē ipi<sup>z</sup>  
gloriosissime virginis ab illa iurisdictione cre-  
pus suit. Unde si in vltione ynius improu-  
use nō dico oblationis sed exhibitionis vbi  
mater ex indignatione dumtaxat super co-  
pulam carnale viro exhibendā cum dixisset

maritus spero inde fructum puenturū. Et  
illa replicans. Sic fructus ille diabolo da-  
tus. tanta severitas diuine punitio<sup>n</sup> patu-  
st quanta creditur seuit rebz tanta diuine ma-  
iestatis cernitur offensia. Tercium quod bee-  
sacrilega oblatio efficit et habituialis incli-  
natio ad huiusmodi maleficia hoībus iunē-  
tis et terre frugibz inferēda. Huius ratio  
assignari potest ex his que fm Lbo. fa fc. q.  
evi<sup>m</sup>. super punitio<sup>n</sup> temporalē qua aliqui  
propriet alienas culpas puniunt deducunt.  
Dicunt enim q filii sunt fm corpus res ques-  
dam patris et serui et animalia res domino-  
rum. Et cum aliquis sit puniendus in rebo  
suis omnibus: ideo et filii puniunt plurimes  
pro parentibus. Et dissert becatio ab illa  
que supra tacra fuit de peccatis patrū qz des-  
us vilitat in filios vscz in tercia et quartam  
egnerationē. Quia vt ibi tacitum est hoc in-  
telligitur de imitatoribz paternoz scelerum  
Hec autē ratio cocludit de punitio<sup>n</sup> filiorū  
pro parentibz vbi nō imitantur paterna scelē  
ra in actu per mala opera sed tantū in habi-  
tu. sic enim et filius nar<sup>o</sup> et adulterio dauid  
mortuus fuit tāq citius. Et animalia amale-  
cbitur iusta lunt interfici tāqz in huius  
modi sit ratio mystica. vt habetur. i. q. iiiij. q.  
parvulos. Et quibus omnibus nō incōne-  
mienter dicitur qz huiusmodi pueri semp ad  
maleficia perpetrandā vscz in fine vice incli-  
nantur. Sicut enim deus suam oblationē  
sanctificat vt sanctoz gesta demonstrat vbi  
parentes sobolem ex eis pcreandā deo dicat-  
sent. vtqz et diabolus suā oblationē inficer-  
nō cessat ex veteri et novo testamēto quasi in-  
numerā possent gesta deduci. Sic enim plus-  
res patriarche et ppbete vt Isaac Samuel  
Samplon. Sic etiam Alecius Alcol. us.  
et alij in numeri gratijs plurimis ad sancti-  
tatem vite fuerunt puenti. Experiētia deni-  
qz demonstrat semper filias maleficiarū in cō-  
similibus tanqz imitatrixes maternoz scelerum  
esse diffamat. immo et totam quali p-  
geniem esse infectā. Et huius quidem et om-  
